

nente di la Patria di Friul, di 4, ore 3 di note.
 Che si provedi a le zente è li; e come, a di 2, ore 3 di note, veneno zercha 500 schiavi a Cremons per aver quel loco, e con scale, e il contestabile Hironimo di Tarsia et quelli compagni è li si difeseno virilmente; *ita* che si partino con vergogna. Ma quelli poveri soldati patiscono grandemente dil viver, beveno aqua etc. Quelli di Gradisca, dove stà il capitano cesareo, hanno mandato comandamento, che per ozi, a di 4, tutti li gastaldi de li colli vengino da lui, e aduna zente; si tien voji far novità, *unde* domino Baldassare Scipion, ch' è li in Udene governador di le zente, voria uscir et esser pagate le zente. *Item*, quella comunità mandano oratori di qui domino Nicolao Zane dotor, domino Bortolomio di Gemona dotor e do altri citadini, et do altri dil popolo per confirmation di certi capitolii presi nel suo Consejo.

174 In questo zorno, in Quarantia criminal, per sier Zuan Antonio Venier venuto synico di terra ferma, et sier Faustin Barbo, ma il Venier parloe, fo preso di proclamar uno Zuan Francesco Bertoldo, era a Padoa sopra le monition e biave; par habbi robato ducati 7000 in più partide che manca di quella raxon, si ha absentado et è a Manta. Sier Luca Trun consier contradise, dicendo saria bon darli salvamento, acciò si vedesse di rectori et come passò la cossa. Or fu preso chiamarlo.

175 *Exemplum brevis papæ Leonis Decimi ad Bentivolos.*

LEO PAPA X.⁹

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Pœnitentia humilitasque vestra quas ad almam Urbem nostram partim ipsi venientes pedibusque nostris advoluti, partim per internuntios idem agentes modis omnibus supplices præstitistis, præcesque vestræ nobis effusse, largiter, quibus summitter petiistis ut vestras qualescumque essent in Sedem Apostolicam culpas ulterius errataquæ plecteremus, ignorceremusque vobis necessitate potius et vi quam sponte aut ullo certo consilio compulsis ea facere quæ fecistis, nos in tam cogitationem adduxerunt ut vos dignos nostra venia existimaremus. Quamobrem, speramus ita futurum vobisque mala multa aliquot annos perpessis nihil esse antiquius quam sub Apostolicæ, sedis obedientia posse honeste pacateque vivere omnesque vestras cogitationes bellorum fluctibus hue illuc dudum jactatas, tranquillitatem atque

portum spectare. Quo id efficere commodius possitis, vestrum istum animum humilitatemque prosequi favore cupimus, exemploque Domini delinquentium præsentia magis quam pena contenti, præmium quidem, vos omnes singulosque vestrorum a peccatis omnibus delictisque per vos in Romanam Ecclesiam Romanorumque Pontificum nomem, ditionem, dignitatem quoicumque modo commissis et perpetratris; item a censuris omnibus ecclesiasticis cuiuscumque generis ac latæ sententiæ pœnis rebellionis que sententiis atque a crimine lessæ maiestatis omnibusque in monitorio a felicis recordationis Julio Papæ II prædecessore nostro contra vos emissæ contentis et aliis quibuscumque harum litterarum tenore absolvimus, absolutosque plane esse decernimus et mandamus, ea tamen conditione, ut in alma Urbe nostra cautionem prius quinquaginta millium ducentorum auri cameræ apostolicæ probandam recipiendumque detis, vos a nostra successorumque nostrorum canonice intrantium obedientia mandatisque non discessuros, nec quicquam contra Sedem Apostolicam temptaturos, ut si in nostra et Sedis Apostolicae obedientia non permanseritis ea cautionum summa cameræ apostolicæ applicetur, vosque in easdem omnes reincidatis relabimini censuras uti si ab illis numquam vos absolvissimus, domos deinde, villas, agros, bonaque omnia, beneficiis ecclesiasticis exceptis, quæ ante diem kalendis mensis Octobris 1506 Joannes Bentivolus et Genevra parentes vestri 175* vestrumque singuli quacumque ratione habebatis, possidebatisque, ea vobis universa, licet in alios translata fuerint, restituimus et condonamus, dummodo quæ a vobis rerum et pecuniarum summæ debentur, quibus de summis liquit eaurum creditoribus, per vos antea satisfactum sit. De quibus vero summis nundum liquet de iis vos omnibus cum liquebit satisfacturos; de quo jure stando quidem a vobis cautionesque sint dateæ qui prodes, quæque cautiones esse idoneæ existimantur, neque vero vos tantum sed universam vestrarum familiam atque eos omnes qui aut vobiscum exularent, aut quoniam vestrarum partium habiti sunt, postea in exilium sunt missi, quique vos secuti sunt. Dummodo prius idoneam cautionem secundum qualitatem personarum per nos declarandam et acceptandam, sed eisdem formis dederint, a delictis omnibus sententiis atque crimine lessæ maiestatis omnibusque in monitorio a felicis recordationis Julio Papæ II prædecessore nostro contra ipsos emiso contentis aliisque quibuscumque, itidem et vos absolvimus, agros etiam, domos, villas, bonaque omnia, beneficiis ecclesiasticis exceptis que